



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

Cap. 1. Miraculum sanè memorabile diuinitus declaratu[m] in homine quodam flammis miserè exusto, & tum in vita admirabiliter conseruato.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

COLLATI ONVM SACRARVM LIBER QVARTVS.

DE MIRIFICIS OPERAT
ONIBVS QVORVNDAM
illustrium Sanctorum.

*Miraculum sanè memorabile diuinitus
claratum in homine quodam flammi
serè exusto, & tamen in vita conser
uato, admirabiliter, donec confessione & Eu
angelii a munitus esset, meritis sanctissima
tyris Barbara à Theodorico Pauli G
mens, qui præsens interfuit, conscriptum.
Contigit miraculum hoc, anno Christi
Habetur in Tomis Suriy 4. Decemb.*

CAP. PRIMVM.

Post mortem Domini Frederici de
ckenheim, Traiectensis Ecclesie Ep
pi, propter electionis dissidium d
cidit pro Episcopatu contendere: è quib
ter quamuis canonicè electus, & à sub
ceptus, paulò post tamen vi denuò est extr
atque fugatus. Eam ob rem Martino Pap
rebelles schismaticosque excommunicat
nis censura animaduertente, accidit, m
tum Ecclesiasticos, tum Plebeios DEVM

mentes à Traiecto, propterea quod Apostolica ibi censura cōtemnebatur, discedere: quippe qui inobedientiæ exilium præferre malent. Inter hos lanius quidam non minus pius quam diues, ne peccatis consentiret alienis, neue anathema cōtemneret, in Gorcum, quod est Hollandiæ oppidum, exul sese continuit. Nomen viro erat Henrico Kock. Hic diuam virginem ac martyrem Barbaram quotidie consueuerat venerari. Audierat nanque, quis hanc in honore habuisset in vita, absque confessione & Eucharistiæ Sacramento non mori.

Agebat vitæ suæ annum fermè septuagesimum, qui diuinæ incarnationis erat millesimus quadringentesimus quadragesimus octauus, dum ex agro redeunti, hæc accidit calamitas. Siquidem in nocte, qua festum agitur diui Augustini, quando labore rurali fatigatus dormiebat, candela ardens in stramina, quorum tum fortè ingens copia aderat, cecidit. Vnde domus accensa ilicò tota flagrauit. Euigilarunt prædictus Henricus & Andreas filius eius, & pariter territi vix incēdium vel nudi euasēre. Nam Andreas inter fugiendum ab igne circa genitalia læditur: Henrico verò patri indusium quo caput inuoluerat, duobus in locis ardere cœpit. Verùm corpore liberatus, pro pecuniæ amissione maiori sollicitudine cœpit vrgeri. Quare in domum redire statuit extracturus nummos. Itaq; signo crucis se

munens, vbi in domum flammis relicta
currit, hæc ante super corpus eius nudum co-
ruit, quam ad conclaue, in quo pecunia reco-
dita iacebat, perueniret. Hinc cum certa
mors instaret, tametsi vrentibus flammis
uiter torqueretur, maiori tamen dolore
ciebatur, quod Sacramentis Ecclesiasticis
esset præmunitus. Ea propter, desperata
poris salute, pro animæ duntaxat remedij
diuam Barbaram, qua tunc potuit deuotio-
se contulit. Orans igitur: Sancta, inquit,
bara, quod per sponsum tuum nunc potes
curre misero, & in peccatis morienti. Etenim
is precibus in me, quod olim pro Christo
morienti cœlitus est promissum. Mem-
sponsus tuus sanguinis tui rosci atque
nei: memor sit castissimi atque feruentis
moris tui, ne de corpore meo egrediar
ma, nisi cōfessionis sacramento ante purga-
& saluifico viatico præmunita.

Vix orationem finierat, & ecce virgo
decora sanctissima Barbara, eo scilicet
mate, quo in templo picta cernebatur. In
pallio suo mox ignium globos restinguit
stramineum tectum candida sua manu
eduxit, atque tuto in loco statuens, sic
cuta est: Quia grata mihi sæpenu-
onis obsequia obtulisti; & modo diuinam
sericordiam per meum patrocini-
raſti, meo scias interuentu tibi ad auro-
que vitam prorogatam: quo viuendi

confessionis, Eucharistiæ, atque æternæ vñcti-
onis sacramenta recipias. His dictis ad super-
na rediens, Barbara virgo disparuit. Sæuiebat
interea ignis, & vicinas domos absorbere fe-
stinabat. Clamant vigiles, & pulsaris campa-
nis ciues excitati, accurrunt. Cæterum Henri-
cus ille prædictus, sanctissimæ Barbaræ præsi-
dio flammis ereptus, ab imo pedum vsque ad
verticem capitis fuerat adustus, nec minus in-
tusquam extra in corpore torridus. Vnde assa-
ti cadaueris speciem magis, quam hominis
præferbat. Siquidem verenda eius ignis edax
adeo absumpserat, vt hiantibus in inguine
vulneribus, etiam extra nudarentur cremata.
Nates & clunes eius flamma vorauit; hypo-
chondria, venter, pectus, ascellæ, collum, ac
scapula nō modo adusta, sed inflexabilia quo-
que, & vt ferrum rigida erant. A vertice deni-
que capitis capilli cum carnibus defluentes,
& ossa nudātes, in genis hærebant. Quid mul-
ta recenseo? Adeo fuit crematus, vt ossibus
vix modica adhæreretur caro tanquam Aethio-
pis nigra. Nam præter oculos, linguam & cor,
quæ per beatæ Barbaræ subuentionem ex di-
uina miseratione adhuc suo in vigore viue-
bant, nihil in eo manebat reliquum.

Hic itaque, quamuis in eo nihil cernere.
tur præter admirabile, horrendumq; cunctis
simulachrum, per duos longos vicos, & plate-
am dictam die Moelenstraet de incendij lo-
co ad filiæ suæ dilectæ Dietuardæ, quæ viro ho-

norabili Neudoni filio Arnoldi dudum nupserat, domum solus iuit: ubi arentes pedes inter eundem à corpore eius decedentes, combustionis pariter ac miraculi evidens testimonium præbuere. Hæ tamen altero die collectæ, humandi eius corpori sociatæ sunt. Inque ad filia domum postquam aduenit, præ mortuum eius corpus lecto impositum esset, se verò nihil aliud, quàm sacramenta Ecclesiastica, paulò post moriturus expetijt: omnibus interim manifestans, quanta sit Dei misericordia, beatæ Barbaræ precibus ac meritis in se collata. Quippè cuius mortuo atque exhumato corpori, ne sacramentorum expers mureretur, vita seruabatur.

Percrebuit interea per ciuitatem super huius miraculi tumor: & licet incendium interim omni serè momēto seipso fieret, maius adeò ut ad templum usque diuæ Agnetis aliquoties etiam accensum multas domos sumeret, ad spectaculum tamen hoc mirabile cadaueris, ut ita dixerim, morituri plures quàm ad restinguendum ignem, confluebant. Idcirco ut maius fieret miraculum, confortatus à Deo Henricus, perindè ac sanus & inuictus, populo aduentanti prædicabat. Noluit omnes, & ad terrenorum cōtemptum, celestiumque amorem, quoscumque poterat, arguitabat. Flentes pro se propterea arguebant, quod pro se non vltra dolendum sentiebant, quippè cum quo Deus misericordiam seruabat.

Hortabatur quoque eos, qui aderant, ut Deum in cunctis eius operibus laudarent, casta ac ferventi deuotione colerent, & eius matrem virginem Mariam pia veneratione diligerent, sanctissimam quoque Christi sponsam Barbaram præcipua deuotione honorarent. Hæc enim, inquit, ut cernitis nunc oculis vestris, honorantibus se sacramenta confessionis & Eucharistiæ ante mortem impetrat. Ad hæc miraculi huius in se facti narrans ordinem atque modum replicat, addens illucescente aurora quâto cius in testimonium veritatis è sæculo se migraturum.

Ne verò de miraculi adhuc veritate quis dubitaret, aut quod diuinæ erat miserationis, naturæ aut fortunæ adscriberet, rogabat honestissimos quosque vtriusque sexus senes, ut accederent, & exploratis visu, tactuque probatis singulis & membris & locis, discerent non virtutis humanæ, quod viueret, sed potestatis esse diuinæ. Accedentibus ad lectum multis, & cum trepidatione tangentibus: Non sentio, inquit, vestro ex tactu læsionem. Tangite securi adusta membra, & hiantia vulnera, corporisq; rimas, quoniam gloriam Dei loquuntur, etiam oculis explore. Videbitis quidem combusta ac præmorta omnia, nec sine mirabili Dei virtute mihi adesse vitam. Ad hæc humana curiositate permoti, cum multi omnia lustrassent, Dei omnipotentiam, & sanctę Barbaræ merita benedixerunt.

His ita peractis, cum omnium peccatorum suorum ab infantia confessionem fecisset, & sumptis sacramentis, ter adhuc confessionem petisset, S. barbaram electam suam patronam diuinumque Laurentium inuocauit, orans hanc afflictio corporalis & temporalis, quam inflauerat, incendij poena, sibi in omnium dederet expiationem peccatorum. Postremo illucescente aurora, confessori & astantibus dixit: O pater amande confessor, ceterique omnes amici, adest iam hora, quam riuens a vobis recedam. Quapropter hoc temporis breui spatio a me, quaeso, nolite recedere, sed orationibus me vestris iuuare. Hac dicens, ad Deum orando se conuertit, atque beatissimae virgini Mariae, B. Barbarae, atque omnium Dei electorum precibus se commendans suorum veniam peccatorum iterum orans. Post hac sonora voce: Domine, inquit IESU CHRISTE misericordissime Deus, qui me inter sanctae crucis pretiosissimo sanguine, & cerbissima morte redemisti, miserere me. Ecce in manus tuas commendo spiritum meum. Hac dicens, emisit spiritum. Ad laudem igitur Dei, & honorem beatae virginis ac gloriose Barbarae, crematum eius corpus in oculis omnium intra domum contuendum exponitur, & tandem in templo Gorcomensi iuxta suggestum, ciuibus omnibus pro amicitia viri accurrentibus vespere sepelitur.

His ego Theodoricus Pauli de Gorcom

quia interfui & prædicti Henrici confessio-
nem quater audiui, sacramenta administraui,
vulnera eius ac membra tractaui, tractanda
que alijs obtuli, ipsum præterea tenui inter
brachia mea morientem, & ne modico qui-
dem tempore, vt rogatus quoque à filiabus &
amicis, ab eodem recessi, non potui tam glo-
rioso miraculo testimonium non præstare, &
hæc ad Dei gloriam scribere.

*D. Ludovicus de Granata, concione 1. de festo
S. Mariæ Magdalene citat sequentem
historiam ex Sylvestro Prierio in qua si-
mul recitatur, quomodo B. Magdalena
Eliam monachum Dominicanum in ser-
uitio B. Magdalene tepescentem, ad perse-
uerantiam animavit, suæq; vitæ seriem ei-
dem Elie commemoravit.*

CAP. II.

CVM anno Domini millesimo quadrin-
gentesimo nonagesimo septimo, deuo-
tionis gratia antrum in quo poenituit
B. Maria Magdalena, & sacras eius reliquias a-
pud S. Maximinum visitassem, ostensum est mi-
hi plureis sacrum & venerabile caput eius
grande valde, & totum vndique ad os vsq; de-
nudatum, excepta ea parte frontis, quam sal-
uatorem omnium diximus tetigisse. Ibi enim
pellis ad instar quasi Aethiopissæ, seu cadaue-
ris antiqui clarè apparet, & in pelle duæ fossæ
duorum extremitatum digitorum: quarum
altera multò est reliqua euidentior atque pro-
fun-